Vol. I 29[10]

in agro. et quasi consurgere manipulum
meum et stare vestrosque manipulos circumstan-
tes adorare manipulum meum. Respon-
derunt fratres eius. Numquid rex noster eris. aut su-
biciemur dicioni tuae? Haec ergo causa so-
mniorum atque sermonum: invidiae et odii
fomitem ministravit. Aliud quoque vidit
somnium: quod narrans fratribus ait. Vidi per so-
mnium quasi solem et lunam et stellas undecim:
adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retu-
lisset: increpavit eum pater et dixit. Quid
sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num
ego et mater tua et fratres tui adorabimus te
super terram? Invidebant igitur ei fratres sui:
pater vero rem tacitus considerabat. Cumque fratres
illius in pascendis gregibus patris mo-
rarentur in Sichem: dixit ad eum Israhel. Fratres tui
pascunt oves in Sicimis: veni mittam
te ad eos. Quo respondente praesto sum: ait.
Vade et vide si cuncta prospera sint erga fratres
tuos et pecora: et renuntia mihi quid agatur.
Missus de valle Hebron: venit in Sichem.
Invenitque eum vir errantem in agro: et in-
terrogavit quid quaereret. At ille respondit.
Fratres meos quaero: indica mihi ubi pascant gre-
ges. Dixitque ei vir. Recesserunt de loco
isto. audivi autem eos dicentes: eamus in Dota-
Perrexit ergo Ioseph xxxvii him,
post fratres suos: et invenit eos
in Dothaim. Qui cum vidissent
eum procul antequam accederet ad eos: co-
gitaverunt illum occidere: et mutuo loque-
bantur. Ecce somniator venit: venite
occidamus eum et mittamus in cisternam vete-
rem: dicemusque fera pessima devora-
vit eum. et tunc apparebit: quid illi prosint
somnia sua. Audiens hoc Ruben: ni-
tebatur liberare eum de manibus eorum et di-
cebat. Non interficiamus eum: nec effun-
damus sanguinem sed proicite eum in
cisternam hanc veterem quae est in solitudi-
ne: manusque vestras servate innoxias.
Hoc autem dicebat volens eripere eum de
manibus eorum: et reddere patri suo. Confes-
tim igitur ut pervenit ad fratres. nudaverunt
eum tunica talari et polimita: miseruntque
eum in cisternam quae non habebat aquam.
Et sedentes ut comederent panem viderunt
viatores Ismahelitas venire de Ga-
laad et camelos eorum portantes aro-
mata et resinam: et stacten in Egiptum.
Dixit ergo Iudas fratribus suis. Quid nobis prodest
si occiderimus fratrem nostrum et celaverimus
sanguinem ipsius? Melius est ut venundetur
Ismahelitis: et manus nostrae non pollu-
antur. frater enim et caro nostra est. Adquieverunt
fratres sermonibus eius et praetereuntibus ma-
dianitis negociatoribus. extrahentes
eum de cisterna vendiderunt Ismahelitis
xx. argenteis: qui duxerunt eum in Egiptum.
Reversusque Ruben ad cisternam non invenit
puerum: et scissis vestibus pergens ad fratres
ait. Puer non comparet et ego quo ibo?
Tulerunt autem tunicam eius et in sanguine
hedi quem occiderant tinxerunt: mit-
tentes qui ferrent ad patrem: et dicerent.
Hanc invenimus. Vide utrum tunica
filii tui sit an non. Quam cum cogno-
visset pater: ait. Tunica filii mei est.



2011 Ministerio de Cultura